



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Homicidium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Addit) Hæreticus sola mente non est excommunicatus *Caiet. vers. Hæresis, Sot. d. 22. q. 2. ar. 3. col. 10.*

Qui per diploma potest absoluerè à calibus Bullæ Cœnæ, potest etiam ab hæresi exteriori, *Soto teste l. c. col. 10.* sed contrarium declararunt Pius V. & Greg. XIII. *Azorius lib. 8. c. 10. q. 12.* vbi multa de hac re.

Histrion, vide Ludus.

Homicidium, vide Baninitus, Bellum, Dordum, Hereditas, Irregularitas, Tyrannus.

1. **A** Bortum procurare ad salutem matris si dubitatur, an anima rationali præditus sit fœtus, mortale est; non autem si probabiliter credatur non esse, aut si credatur quidem esse, sed detur medicina non ad abortum sed ad matris salutem, etiamsi præter intentionem abortus sequatur.

*De Homicidio multa *Val. Bannes. Salon 2. q. 64. Sot. l. 5. q. 1. ab art. 1. P. N. l. 2. c. 3. D. Tho. Caiet. 2. 2. q. 64. Nau. c. 15. Lopez p. 1. à c. 60.*

**Sylu. Homicidium à nu. 2. Vide Ioan. Corr. q. 1.*

Non autem *Cordu. l. 1. q. 38. P. N. l. c. n. 142.*

Ante animationem etiam directè, & delectata opera abortum procurare, remedio etiam ad vitam tuendam instituto p. m. putat *P. N. l. c. nu. 149. cum Quar. 2. q. de homic. §. 3. nu. 1.*

communis. Dicit autem *P.N.l.c.num.143.* si post animationem proles cum morte matris videatur sic nascitura, ut baptismo regenerari possit, teneri matrem à medica potione abstinere. Sed, si proles credatur peritura posse remedium sumere directè ad sanitatem, etiam si dubitetur de morte prolis ea accidenti, & præter intentionem. De hac re *Lopez p. 1. cap. 63.*

2. Mas ferè animatur die quadragesimo, foemina octuagesimo. In dubio autem credendum esse marem.

* *Syl.l.c.num.3. Nau.c.27.num.223. Io. B. Cord.l.c. Scyrus l.7.c.3.num.3.*

3. Pœnæ politæ à Sixto V. abortum procuranti, locum habent solum cum factus est animatus. *Ex Greg. XIV.*

* *Vide Io. B. Cord.l.c. Vual. in appendice editionis vlt.*

4. Homicidium voluntarium in iure Canonico dicitur, quod per se, & directè intentum, seu ex proposito fit: at secus est si sine occidendi intentione fiat id unde mors sequi etiam ut plurimum soleat, & sequatur: ut si quis grâdi ligno, aut lapide volens solum percutere, occidat. *Vide Basil. ad Amphil. c. 8. & 11.*

5. Licet occidere, defendendo se, vel alterum. Dicunt & quidam licere pro rerum defensione, quod D. Aug. non concedit, qui nec pro salute tuenda licere ait, *lib. 2. de morib. ec. les.*

N.

Ego

Ego tamen nō ausim condemnare, cum profertim, vt quidam volunt, Ius Ciuile potestatem dedisse videatur, vt pro tuis, vel proximi rebus defendendo possis occidere.

*Vide Io. B. Cor. q. 75. P. N. l. c. num. 330. Syl. l. c. 5.

Rerum } Tol. 5. c. 2. nu. 29. ex Ant. Nau. l. c. nu. 3. Vide Sor. l. 5. q. 1. art. 8. Bannes l. c. ar. 7. Syl. Bel. lum 2. num. 8. Val. t. 3. d. 5. q. 8. p. 4. ex Sor. Nau. D. Th. Pro rerum honoris, castitatis aut alius us virtutis defensione occidere licet, si id fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, id est, si alia ratione defendere nequeas: si tamen res esset exigui momenti, vel si magni, & possit recuperari per viam iuris, non liceret, Val. l. c. Salou art. 7. cont. 2. Bannes. l. c. Io. Med. q. 4. P. N. lib. cit. nu. 398.

Pro castitate } Tol. l. c. Syl. c. nu. 9. Nau. l. c. 8. puer, ne muliebria patiatur interficere potest, P. N. l. c. num. 393.

Clericus tamen pro rebus non potest occidere Tol. l. c. Syl. nu. 8. nec pro honore Sor. Bannes. l. c. P. N. nu. 389.

Post inuasionem non licet occidere P. N. l. c. nu. 350.

Modus inculpatæ tutelæ non est, si inuasi noluit fugere, cum posset, si maiori vi esset sit, quam ad defensionem requireretur id. num. 44.

6 Pellere aliquem loco in quo simul cum illo

1. Non seruari non potes, si ab alio occidatur, non solum est non defendere, sed illum occidere. Ita quidam docti viri, sed ego nonnihil dubito.

*Vide Maiol. l. 5. c. 48. nu. 11.

7. Hostem publicum, an liceat occidere, vide Tyrannus.

8. Cum quis insidiatur tuæ vitæ, non potes priuata autoritate antequam te inuadat, præuenire, & occidere. *D. Th. 2. 2. q. 94. art. 7. Sot. li. 5. q. 1. ar. 8. Homicidium. 1. q. 5. P. N. lib. 2. c. 3. nu. 330. & seqq.*

9. In nullo prorsus casu licet homini semetipsum occidere. *D. Th. 2. 2. q. 64. art. 5.*

10. Publicè diffidatum, & damnatum, ut à quolibet possit occidi, occidere non licet extra fines iurisdictionis eius potestatis, à qua damnatus est. *Syl. Homicidium. 1. q. 3.*

11. Non solum homicida est qui occidit, sed & qui mandat; si tamen re integra expressè, & sine vlla fictione mandatum reuocauit, immunis est ab homicidio: non ita qui consuluit, quia si eius consilio motus est quis, ut occideret, homicida est, & irregularis, etiam si ante effectum secutum reuocauerit. *Syl. Homicidium. 1. q. 7.*

12. Casu occidere, non adhibita debita diligentia, mortale esse, Nauarrus ait.

13. Adulteram traditam viro à Iudice, ut occidat, si velit potest occidere, est enim tunc

minister iustitiæ voluntarius.

*Ita Bannes l.c. art. 3. Sot. l.c. art. 3. in fine, Couar. epit. 2. p. c. §. 7. num. 17. Salon. l.c. art. 3. si faciat non ex odio, sed zelo iustitiæ. Val. t. 3. d. 8. q. 8. p. 3.

14 Occidere in adulterio deprehensam uxorem, vel filiam, item que adulterum, non licet in foro conscientie.

*Val. Cou. l. c. n. 8. ubi disputat etiam pro contraria sententia, negat cum Sot. P. N. locis citatis n. 220. Nau. c. 15. n. 3. Bannes. l. c. Salon. l. c. art. 3. controu. 2.

Adulteram uxorem occidens amittit bonam, quæ ob adulterium lucratus fuisse, Cou. l. c. n. 7. Glos. in c. Incer. 33 q. 2. & tenetur ad damnationem hæredum ipsius occisi.

15 Dare aliquid mulieri ne concipiat, homicidium quoddam esse dicitur, c. 5. de homic. volunt. Nempè improprie.

16 Non licet permitttere potius occidi iniustum, quam iniuste iniudentem (nisi ille consentiat) defendendo occidas. Ego saltem eccetum puto, posse te iniustum alterius iniustum occidere, nisi aliter possis tueri innocentem.

17 Permittere te occidi ab iniudente, potius quam illum occidas, virtutis est: necessitatis autem nunquam est, vt ego sentio: etsi quidam dicunt aliquando esse necesse. Illud potius aliquando necessarium, ne te occidi permittas, vt si miles iuratus preliis.

*C. 10.

*Caiet. l. c. art. 7. Bannes l. c. art. 7. col. 1. Tol. l. c. nu. 27. Val. l. c. p. 4. Sot. & alij.

Esti quidam \int Tol. l. c. vt si inuasor esset vir nobilis Reip. apprimè necessarius. Val. Sot. l. c. hic q. 1. art. 8. col. 7. \int Illud & c. \int vel si sis maximè Reip. utili. Val. Tol. Sot. l. c.

18 Homicida & mutilans tenetur etiam de iniuria, eius verò hæres solum de damno. Et etiam si homicida ad accusationem aduersarij morte damnatus sit, adhuc superest restituendi obligatio, si damnum secutum sit.

19 Grauius peccat occidens corporaliter quam spiritualiter, nisi etiam spiritualē mortem intendat. Vide Th. & Caiet. 1. 2. q. 73.

20 Homicida voluntarius non est incapax pensionis. Ex Congreg. Conc.

21 Vitam pro altero ponere licet: licere verò in extrema necessitate dare alteri tibi necessaria quidē aiunt, alij negant; ego licere puto.

22 Licet aegrotum inuisere etiam cū vitæ periculo, & ei assistere etiā cū id facere, eius salutis non est necessarium, commodum tamen salutis spiritualis est enim actus virtutis.

* Pro quolibet virtutis actu profundi vita potest Sot. P. N. Nau. l. c. vide Tol. l. 5. c. 6. n. 10.

23 Vitam pro honore ponere licere, quidam aiunt, alij negant.

* Aiunt \int Tol. c. nu. 28. Nau. c. 15. n. 4.

Negant \int Sot. l. c. & de ratione reg. m. q. vlt. Vide de Io. B. Cor. q. 191. Lopez c. 65.

24 Aiunt quidam, licere ligato manum vel pedem sibi abscindere ad fugam, ne occidatur. Itemque minitanti mortem, offerre potius membrum secandum: non tamen licere tibi ipsum membrum abscindere, minitante aliquo mortem nisi facias; nec eruere tibi oculum, minitante aliquo te alioqui virumque perditurum. Ego cur, si illa licent, hæc non liceant, non video.

**P.N.l.c. à n. 93. vide n. 98. Tol.l.c.n. 8. ex Martio. & Sot. V al. l. c. 9. p. vnica.*

Itemque ꝑ pro salute corporis licet permittere membrum sibi rescindi, imò id per se facere *P.N.l.c. nu. 77. ex D. Tho. Sot. Nauar. Syl. l. c. 1. nu. 1.*

Minitante ꝑ *Bannes q. 63. art. 12. Sot. l. 5. q. 2. art. 1. primum concedit, secundum negat.*

Ego verò ꝑ ita quoque *P.N.l.c. nu. 97.* Addit. ꝑ Iudex, & medicus membri mutilationem licitè præcipere possunt: in alijs casibus non est permilla mutilatio, neque ad tollendum peccãdi periculum. errauit Origenes, si vt testatur *Eccles. hist. l. c. 6.* virilia sibi rescidit: si quis vir sanctus membrum sibi truncauit, id adscribe diuino Numini, quo percitus Sanson, teste *Aug. l. 1. de ciuit. c. 26.* deiecta domo mortem sibi consciuit. *Vide V al. l. c. ex D. Tho. q. 65.*

Qui pro tuenda vita, honore, rebusque proximis cum moderamine inculpatae tutelæ licet

ciè interfecit, non tenetur restituere. P. N. l. 2. c. 3. nu. 419. ex communi.

Homicidium casuale ex ludo licito non gignit irregularitatem. Nau. conf. 3. de homic. ex c. Joannes de homic.

Honor, vide Homicidium, Vana gloria.

1. **H**onorem, & laudem, si debeantur, optate, peccatum non est.

*D. Thom. 2. 2. q. 131. art. 1. Caiet. ibid. Naua. c. 23.

Addit. Si appetatur honor ex, vel ob m. p. si in honore vltimus finis ponatur, si cum m. p. quaratur, scelus lethale est. Tol. de septem p. m. c. 24. vide Nau. l. c.

2. Honoris insignia sumere sibi, modo non cum præiudicio alterius, licet.

Hora Canonica, vide Beneficium, Oratio.

1. **A**D Horas Canonicas, seu officium diuinum non tenentur Religiosi non professi nec professi, nisi sint in sacris, aut choro destinati. Quidam tamen, & Moniales, & eos omnes qui non sunt in sacris, obligatione liberat: quod non est vsu receptum. Nec Clericus, qui nec est in sacris, nec habet beneficiũ. Nec is cuius sanitati obest recitatio: nec qui in urgente negotio est impeditus; nec qui sine